Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



donauit nobis. Estote ergo imitatores dī sicut filii dilectissimi. et ambulate in caritate sicut et xp̄s dilexit uos. In hac caritate ambulantes. si quid diligentius possumus de spirituali corpore quod in resurrectione habebimus. concorditer inquiramus. Quia et si quid aliter sapimus. hoc quoq: nobis ds̄ reuelauit. in illo maneamus. Qui autem manet in caritate. in dō manet. et ds̄ in illo manet. quia ds̄ caritas est. Siue tamquā eius fons ineffabiliter existendo. siue illam nobis per suum sp̄m largiendo.

Si ergo docere potest quod caritas corporalibus oculis aliquando uidebitur. poterit fortassis et ds̄. Si autem ista numquam poterit. multo minus ipse fons eius. uel si quid dici excelentius et conuenientius de tanta re potest. Magni quidam uiri et in scripturis scīs doctissimi quid plurimū ecclesiā et bona studia fidelium suis litteris adiuuerunt. ubi eis occasio data est.

Dixerunt inuisibilem dm̄ inuisibiliter uideri. Hoc est ꝑ eam naturam quae in nobis quoq: inuisibilis est. munda scilicet mente uel corde. Beatus ambrosius cum de xp̄o ageret. secundū id quod uerbum est. non enim corporalibus inquid. sed spiritalibus oculis ih̄s uidetur. Et paulo post. Non eum uiderunt inquid iudei. obcecatum enim erat. insipiens cor eorū. hinc ostendens. unde uideatur. item cū de sp̄u scō loqueretur. interposuit uerba dn̄i dicentis. Rogabo patrem. et alium paracletum dabit uobis. qui uobiscum sit in aeternum. sp̄m ueritatis. quem hic mundus non potest accipere. quia non uidit eum. nec cognoscit eum. Merito ergo se inquid in corpore demonstrauit. qn̄m in diuinitatis substantia non uidetur. Uidimus sp̄m. sed in specie corporali. Uideamus. et patrem. sed quia uidere non possumus. audiamus et paulo post. Audiamus ergo inquid patrem. Inuisibilis enim pater. sed et filius inuisibilis secundum diuinitatem. Dm̄ enim nemo uidit umquā.